



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

scopo, seu Prælato reseruatis? afflatus in repondeo cum Bonacino de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 6. & alijs, dummodo censura latæ sint per statutum, vel per sententiam generalem: immo ab illis potest absoluere quilibet Confessarius alterius Diœcesis, si ibi non sint reseruatae, ut dicit Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 16. nu. 258. & alijs apud Dian. par. 5. tr. 9. ref. 8. Barbo par. 3. all. 52. num. 15. Possenti. de offic. Curat. cap. 7. num. 49. secus si censura latæ esset per sententiâ particularē: quia tunc absolutio ratione cause inchoatæ spectat ad Prælatum, qui censuram tulit, alioquin iurisdictiones confunderantur, Bonacino loco cit. idemque dicendum, quando aliquis a JUDICE citatus fuit pro causa, pro qua deinde fuit excommunicatus; quia tunc similiter ab eodem Iudice absolui debet cap. proposuit de for. compet. Dian. d. pars 5: tr. 9. ref. 9. ubicitat. Philipp. Fabr. de Censur. in 4. sent. dist. 25: quest. 1. disp. 4: cap. 8. nu. 243.

## S P M M A R I V M.

1. Hæreticus purè exterius, qui mente non negat fidem non subiectur excommunicationi latæ in bulla Cœna.
2. Hæreticus tantum mentalis à qualibet Confessario absolui potest.
3. Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori absoluere possunt hæreticos.
4. In foro conscientie non potest

Episcopus, aut Inquisitor absoluere ab heresi, neque ab alijs casibus etiam occultis contentis in bulla Cœna: limitatur n. 5.

6. Privilegia, quibus Superiores Regulares poterant absoluere ab heresi, & alijs casibus in bulla Cœna comprehensis hodie sunt reuocata.

7. Quam peñam incurrat absoluens à casibus reseruatis in bulla Cœna.

8. An possit Episcopus absoluere in alijs casibus occultis reseruatis Summo Pontifici in alia lege, seu constitutione.

9. Decreta generalis Concilij videtur continere vim clausula derogatoria ad alia decreta posteriores contraria.

10. An possit Episcopus dispensare in irregularitate orta ex heresi occultâ exteriori.

## C A P. IV.

An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absoluere hæreticum.



I. E non loquimur de hæretico purè exterio, qui mente non negat fidem: neque de eo, qui omnino indeliberat, & absque ulla aduentitia exterius diceret hæresim: quia isti non subiiciuntur excommunicationi latæ in bulla Cœna, cum verè hæretici non sint, ut d. Nau. in Man. cap. 11. nu. 27. vers. tertio peccat Graff. par. 1. lib. 2. c. 8. num.